



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

39. An in eadem infirmitate possit Sacerdos aliquem denuo inungere? Et notatur, quod non est necessarium, vt infirmus recuperet sanitatem, & postea incidat in similem, vel alium morbum, & simile ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

ANTECHI  
Operum  
Tom. I.  
E III

item, ex eo, quod Sacramentum hoc frequenter vo-  
catur, Sacramentum exterritum Extrema-Vnctio, quod  
conferatur extremo morbo laborantibus.

¶ Deinde Concilium Tridentinum *sess. 14.* in  
Proemio huius Sacramenti, assertit, ieiunatum esse a  
Christo Domino, ut finem nostra vita, tanquam  
firmissimum quodam praesidio, muniret aduersus Dia-  
boli infidias. Supponit ergo non alius, quam illis, qui  
in fine vita esse credunt, ministrandum esse. Quod  
optimè confirmari potest ex eo, quod si totius vitae  
Christianae (ut inquit Concilium) consummationum.  
Secundo, si quilibet infirmus huius Sacramenti cap-  
ax esset, eique valde ministrari posset, nulla appa-  
ret sufficiens ratio, cur Ecclesia folis infirmis per-  
iculis hoc Sacramentum concederet, & aliis denegaret,  
in iustè enim videretur priuati tanto Sacra-  
menti fructu: quo ex institutione Christi capaces  
existunt. Vnde ex his patet responsio ad argumenta  
contraria.

5. Sed hic obiter querro, an in dubio (non lo-  
quo in casu opinionis,) an mortibus de se, vel in hoc  
individuo sit periculosis, possit Extrema-Vnctio mi-  
nistrari? Et esto, censem Chapeauilla de ministrat.  
*Vid. cap. 5. quest. 11.* ministrandum esse vocationem  
sub conditione: at verius existimo cum Layman  
*tr. q. 8. cap. 4. circa finem*, ab hoc Sacramento super-  
fendum est: tum, quia non est Sacramentum ne-  
cessitatis: tum, & praecipue, quia Sacramentum mi-  
nistrari non potest ei, quem sicutem sub opinione  
probabilis non constituit illius fructus esse capacem:  
tum, quia est praeceptum, ne alii, quam vita peric-  
litantibus ministretur, cuius praecepti transgressio-  
ni exponitur, qui infirmo dubio vita periculum  
tantum habent vocationem concederet. Et ita etiam  
doceat Palaus *vbi supra, num. 13.*

6. Non nego tamen opinionem Chapeauillæ  
esse probabilem, quam abfoliè tener Ysambert *loci*  
*citato, num. 6.* vbi sic ait: [ In modo, si Medicis nullum  
ad hoc habent positivum iudicium, quo prudenter,  
& probabiliter affirment, infirmum esse in periculo,  
sed grauer hæsient, licet suspendant iudicium, ni-  
hilominus infirmus non desinit esse capax huius Sa-  
cramenti: quia tunc ob eiusmodi prudentem hæsita-  
tionem Medicorum, timetus de morte talis infirmi;  
& proinde cum ex Florentino *sopra* allegato, hoc Sa-  
cramentum debeat dari infirmo, de cuius morte ci-  
metor, debet etiam & huic conferri, maximè cum  
possit esse ei aliquius necessitatis; & Sacra-  
menta, quæ sunt necessitatis, possint etiam conferri in  
dubio, ne Christianum priuaret remedio.] Ita ille.

7. Et hæc dicta sufficiunt circa primam difficultatem. Deueniamus itaque ad secundam, videlicet,  
an si infirmus in morbo non periculoso vñctus sacro  
oleo, postea incidat in infirmitatem periculosam, sit  
ei denud. Sacramentum Extrema-Vnctionis mi-  
nistrandum? Et affirmatiue responderet Quintanaducnas  
*vbi supra, num. 6.* & merito quidem. Vnde in eius  
fauorem adducam autoritatem Patris Amici in *Cur.*  
*Theolog. tom. 8. diff. 19. sess. 10. num. 186.* vbi sic ait:  
[ Ex dictis infero, si quis hoc Sacramentum suscepit  
tempore, quo morbus non cœlēbat periculosis, posset postea hoc Sacramentum repeterere, quando  
idem morbus euadit periculosus: tum, quia *sopra* ex  
Concilii ostendimus, hoc Sacramentum collatum  
infirmitate graui, ac periculoso morbo non laborans,  
est inuiditum: tum, quia, esto, fuerit validum: quia  
tamen morbus mutatus de non periculoso, in peri-  
culosum, constituit infirmum sub noua necessitate,  
potest iterari.] Ita ille.

RESOL. XXXIX.  
An in eadeon infirmitate possit Sacerdos aliquæ deca-  
inveneri?

Et notatur, quod non est necessarium ut infirmitas  
peret sanitatem, & postea incidat in similem, vel  
aliū morbi, & simile periculum, sed satis est si man-  
te infirmitate v.g. heclica, vel hydropsi, evadat pericu-  
rum mortis, & post aliud tempus iterum incidat in  
periculum mortis, tunc enim toties quatuor hoc acci-  
derit, potest iterari hoc Sacramentum? Ex pars. 3.  
*Ref. 96.*

§. 1. **H**oc sacramentum non respicit tantum in-  
firmitatem, sed etiam infirmitatis status, scilicet  
quo secundum humanam estimationem infirmus  
appropinquat morti, quo circu cum infirmis non  
est diuturna, & vnum tantum est periculum mortis, non  
non debet hoc sacramentum iterari. Quando vero  
morbus est diuturnus, ut heclica, & hydropsi,  
tunc si viderit periculum, vel articulus mortis, de-  
bet infirmus inungi, & si postea euadat hoc pericu-  
lum, & durante illo morbo iterum reconta idem  
periculum, debet iterum inungi.

5. Notandum, hoc sacramentum, vel ipsi, esse  
medicinam, non solum contra infirmitates amaras,  
sed etiam corporis, si illa impedit, quocumque conser-  
rente periculo mortis, repetenda est medicina. Non  
est autem necessarium, quod infirmus recuperet san-  
itatem, & postea incidat in similem, vel aliud mor-  
bum, & simile periculum; sed satis est, si maneat  
infirmitas, v.g. heclica, vel hydropsi, evadat pericu-  
lum mortis, & post aliquod tempus, (quod relin-  
quitur iudicio prudentis viri) iterum incidat in peri-  
culum mortis. Tunc enim toties quatuor hoc accidit,  
potest iterari hoc sacramentum, ut infirmus habeat  
leauam in articulo mortis. Quo circa Concil. Trid.  
*sess. 14. cap. 3. de Extrema-Vnctione*, sic pronuntiat.  
Quod si infirmi post susceptam hanc vocationem  
conualuerint (hoc est, ut omnino recuperentur  
valeritudinem, vel ad tempus melius se habent, &  
euaserint periculum mortis) iterum huius sacra-  
menti subsidio iuvari poterunt, cum in aliud simile  
diffirerint incidentur. Vide Kellisonum *tom. 2. in-*  
*part. quest. 3. art. 2.* Ludouicum de San Juan. *qua-*  
*nit. art. 7. de sacram. extre. Vnct. dub. 5. cont. 1.* Vi-  
ctoriolum *tratt. de sacram. Extr. Vnct. fol. 70.*

#### RESOL. XL

An preservante periculo aliquius infirmitatis, in qua  
sumpta est Extrema-Vnctio, si adueniat periculum  
alterius infirmitatis possit ager deinceps inveni?  
Et quid, si antiquum periculum, quod iam defixa-  
redit, an iterum, ac tercio, vel quatuor adueni per-  
iculum, possit infirmus inungi, maxime in agri-  
nibus diurnis, ut in hydropsi, & similibus?

Et an si peccatum mortale absque necessitate non repe-  
tere formam Extrema-Vnctionis in singula membra  
rum vñctioribus?

Et quid sentiendam est in predicto casu de nullitate, et  
valore Sacramenti? Ex part. 10. cc. 11. & Milc. 1.

*Ref. 11.*

§. 1. **C**asus est curiosus; & apud nullum Docto-  
rem forsitan invenies, nisi apud non minus  
ingeniosum, quam doctum Patrem Dicastillum de  
Sacram. tom. 1. tract. 7. diff. 1. dub. 10. num. 164. vbi sic  
ait: Quamvis Extrema-Vnctio, non imprimit cha-